

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

135. Ver: Ex Theophylacto:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Sunt & non pauci albi, & purpureis punctis alperis versicolores, quæ coloris varietate, & odoris suavitate, cum rosis de principatu certant.

L I L I V M.  
Ex D.Ambrosio, c.8.lib.3.Hexam.

## Descriptio CXXXIII.

**C**onsiderate lilia agri, quantus sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa flora ab imo ad summum videantur aspergere, ut Scyphi exprimant formam, ut auri species quædam intus effulgeat, quæ tamen vallo in circuitu floris obsepta, nulli pateat iniuria.

Idem expressum ex Plinio, &amp;c.

**N**um vero talis est liliæ pulchritudo? num excelsa species? Num maiestate cinctum caput, cuius oneri vix collum sufficit? num argeat orum foliorum striati ordines? num paulatim in latitudinem se explicantes angustæ? num resupina per ambitum labella, num delicatissima, quæ interius sunt filæ? num filorum stantia crocis aureolis capita? num odor, num candor eximius, satis istud, vel me tacent, prædicant? egregio flore digna vestis, cuius viror radiat, fulget purpura, aurum rutilat, crocus accendit, tot enim sunt in lilio colores, ut Theophrastus, Plinius, & Dioscorides naturalis historiae antefignani authores memorant? quin & lilia to-

ta rubentia narcissos vocant, O flos naturæ corculum, & mundi delicium: maecte ista specie, maecte tam vario colorum apparatu. Felix quidem in multis, sed in uno omnium felicissimus, quod præconem habes tuarum laudum, non Apollinem, sed Christum, quie regis magni opulentæ anteposuit.

## LILIVM PERSICVM.

Ex Rouillo, l.xv.

**C**aulis est Lilio Persico ternum cubitorum, quem fusè ambiuat folia ex coeruleo virientia, mucronata, liliis cruentis paria; flores nutantes, nolarum effigie obsoleta purpura nigricant: radix bulbosa, fissa, minimè squammis loricata, albida, aversa parte sessilis, & plana, porrectis subtus obscurè flauentibus.

## R O S A.

Ex D.Ambrosio.

## Descriptio CXXXIV.

**S**errexerat antea floribus immixta tenetis <sup>Amb. He.</sup> sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine <sup>xad. II.</sup> villa fraude vernabat: Postea spina lepida gratiam floris, tanquam humana speculum præferens vitæ, quæ suavitatem perlungatio- nis fux finitimus curatum stimulis sèpe com- pungat.

## V E R.

Ex Theophylacto.

## Descriptio CXXXV.

**Q**Ιν. Νοτιδεληνα παραπόλιον ἐδάκην  
ως ἡδύτερος, το κίλαι δὲ καὶ δύριθνον εδέσι,  
καὶ δυθινὸν χροῖν. καὶ λειψόν Θεάμνοι. Τα μὲν  
γεωργίας θρυγα, τα δὲ φύσεως δέρα, πάντα  
εὐάργυρα σύγενεστης χρυσοί, τόλεν μηδὲν ἀν-  
τορ οὐκ εἰσαγέται. Θεοχρίτοι γάρ δέ.

**L**Ict præterlabentem tiuum transgre-  
di: Quam vero suaviter Zephyrus tacito  
strepitu mouet ramos, ac frondes: Ad  
hæc variæ auium cantiones accedunt, florum  
colores, pratorum frutices, partim agriculto-  
nis opera, partim natura dona: omnia suavissi-  
mo odore fragrantia: terre humores saluberrimi:  
Nymphaeum vero sanguinem non laudabo:  
requirit enim Theocritum.

Argu-

Argumentum istud copiosum est, & passim occurrit: prolixè Libanius id exequutus est in  
ταρθητει, triumphat quoque in eo genere Gregorius Nazianzen cuius ego descriptionem  
Latinè reddo libro decimo quarto.

## R V S.

Ex eodem Theophylacto.

Descriptio CXXXVII.

**O**κορύδων, εὐδάμυων ἀνὴρ, καὶ τύχης φίλος, οὐτοικερ. οὐ θυμπλοιο ταῖς βούσσαις  
ἀχειταιοντι αὐτοῦ θυμόντις Βρεύστι, καὶ τῷ Συγγέναιον  
ορέγονται, οὐτοῖσι τῇ γῇ τροφονεισχατι, καὶ τῷ  
ποιητει τοὺς ένεγκαμβνες κλάδες βιάζονται οἱ  
λημάνιοις κατάσομον η διώνταις ταῖς νεολαΐς τοι-  
μων θαλαξιμοι. άλλα καὶ τὸ γύναιον μέσα τῶν  
άλλων εὑραμένη τὸν αὐτόντο. τοιούτοι γέρονταις  
εὐτῷσις καὶ Δαναόν, καὶ Αἴγυπτον ταῖς εὐτεκνίας  
τηλέμονα. άλλοι μὲν γέροντες ποταμάς θαλασσαί, άλλοι  
τὸ γαλαχέας Επανταλα. Έπεροι δὲ τηπτοι μήτε  
τὸ ορθῆς βαδίσεις ἀταρέσαιδοι. ένικοι ταρα-  
ζαντιζοται, καὶ τοὺς ὅδόντας θυμεῖστοις άλλοι τὸν  
αἷμας έπιτελεύσοται, καὶ οὐδὲ ταῦτας ένοικοι λίρωνται  
σύριγγοι δικλινούσιν οὐδὲ ήλικιοις αὐτῷ γένεις  
συντέταχτοι.

**C**ορύδων homo beatus, & fortunæ amicus,  
vt apparer. Vites grauantur bottis, pyri o-  
nustæ sunt, & vendemiantes postulaunt,  
oliuæ ad terram inclinant, & præ multis tundine  
ferentes ramos onerant: prata comis luxuri-  
ant; area paleis æqualis est fulcis. Sed & vxori-  
cula cum reliquis hominem oblectant, tot enim  
sunt ei liberi, vt etiam AEgyptum, & Dana-  
um, liberorum felicitate supèret: alius enim  
adhuc mammellis adhæret, aliis iam lacte  
desit, cæteri repunt, qui nondum recte gradi  
cœperunt: quidam balbutiunt, & dentes ef-  
ferunt: reliqui ad vigorem ætatis accedunt,  
& iam adolescentiam grandiorēm sorenti  
sunt: ad modum distinctionum  
tibiæ, series ætatis est  
ei composi-  
ta.

## H Y E M S.

Ex eodem Theophylacto.

Descriptio CXXXVIII.

**A**πέων τὸ μετόπερον, καὶ διεμιάντα πόν-  
τα γῆ. ή δὲ θάλασσα τὸς γαλλικῶν  
πατέρων διελύσατο, οἱ πλεῖρες τοὺς λιμένας δε  
στριφας διατησσαίσσοτο, καὶ διεφοργός ἐπὶ τὴν  
έπιτελες άλταν κατέρρει, καὶ διέμενοντες σὺν τοῖς λα-  
γύοις τὴν γῆν, καὶ τοὺς πόντους ἐχεντείσασι έπιτη-  
δομα.

**P**raeterit Autumnus, & iam hyems terræ in-  
gruit; mare tranquillitatis fœdera rupit: na-  
vigantes portus, quasi solspitatores amplectum-  
tur: & rusticus ad focum confugit, & for-  
mica in cavernis terræ suis labo-  
ribus patto victu  
fruitur.

Eccc

T E M.